

tuæ ubertaté præventum, illæcebras sæculi superare fecisti & ita nos fácias, ejus imitatióne, mundi hujus blandimenta vitare, et ad te puris méntibus pervenire : Per.

DIE XVI. JULII.

### IN COMMEMORATIONE B.M.V. DE MONTE CARMELO.

TOTUM DUPLEX.

Omnia, præter Orationem, ut in Nativitate B. Mariæ V., die viij. Septembris, mutato nomine Nativitatis. in nomen Solemnitatis.

Oratio.

**D**EUS, qui beatissimæ semper Vírginis et Genitricis tuæ Mariæ singulári titulo Carméli Ordinem decorásti : concéde propítius ut cujus hodie Commemoratióne solenni celebrámus officio & ejus muníti præsidiis, ad gáudia sempitérana pervenire mereámur : Qui vivis.

DIE XVII. JULII.

### S. ALEXII CONFESSORIS.

TRES LECTIÖNES.

Oratio.

**D**EUS, qui beátó Aléxio Confessóri tuo tribuísti ut et nova mundum arte delúderet & et de hoste humáni géneris mirabiliter triumpháret : concéde propítius ut ejus semper muniámur auxiliis & cujus salutiferis erudímur exémplis : Per.

DIE XVIII. JULII.

### B. CESLAI CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui beatum Cesláum, virgíneo morum candore prædictum, et salutis animarum zelo succésum, in divérsis natiónum pópolis óperum sanctitáte et fidei propagatióne mirabilem effecisti : præsta, quæsumus, ut ejus intercessióne simus semper in fide stábiles & et ad te, qui solus es æternæ salutis auctor ac largítor, misericordiæ tuæ múnere pervenire valeámus : Per.